

Oratio deuota ad beatam Birgittam.

O Birgitta mater bona. dulcis ducitrix et ma-
trona. nobis fer suffragia Naufragantes
in hoc mari. tuo ductu salutari. duc ad vite
braua. O preclara tu dignare. delictorum impetrare
nobis christi venia. Ut possimus respirare. et excessus
emendare. consecuti gratiam Confer vite sancti-
tatem. corpori da sanitatem. et quiescentia tempora. Au-
ge veram charitatem. cordium da puritatem. nos lan-
guentes roborata. Vite nostre rege cursum. post hanc
vitam trañser sursum. animas ad gaudium. Vbi deum
contemplari. tecum semper sociari. possimus in gloria
Amen

Alia oratio.

Birgitta stella clara. genita in swecia. vt sol
fulges luce clara. ex diuina gracia. Aderes
nostras et illustra. luce sapientie. que presul-
ges tam femusta. multiformis gracia. rosa rorans
veritatem. stella stillans claritatem. in celi cacumini-
ne. rosa celi pietatem. stilla vite puritatem. in vallem
miserie. O. Ora pro nobis Birgitta. sponsa christi pre-
dilecta. Ut ad celestem patriam. sit christus nobis via
recta.

Collecta
Exaudi nos deus salutaris noster. vt sicut de beate
Birgite comemoracione gaudemus. ita pie deuotio-
nis erudiamur effectum Per. b